



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

VI. Iacob. Sadolet. Cardin. Alexandro Cæsarino Card. S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

que petierint, factorem illis & patronum apud summum Pontificem præbeas. In quo non mihi solum rem gratissimam, sed hancque tibi gentem in perpetuum obligaris: sed consilium iam officio & dignitati tuæ. Nam & nobilitatis est, plurimos mines beneficiis comprehendere: & horum populorum in sanctam apostolicam sedem ea est fides, tam insignis constantiaque obedientia, ut non videam qui illis in hoc genere viciniorum fidelitatis pares habendi sint. Itaque quicquid illis datur, illi di apostolica & ecclesiastica auctoritati datur. Quapropter optatur etiam atque etiam fidei, benignitati sapientiaque commendo. Quid postulent, & quas querimonias deferant, ipsi te legatum & suarum rerum actorem edocebunt. Nec tam graviore malo prementur, quam Iudeorum, qui, incredibile est quantis & quam variis hanc totam provinciam damnis immantibus afficiant. Quos ita ferre, vel ita fouere potius, non solum plebibus perniciosum est: sed nomini etiam nostro apud transpinas nationes turpe. Verum tu hæc melius pro tua summa pietentia considerabis. Ego pro officio meo, & quod hos populos verè paterna charitate complector, tantum capio de communi & rebus eorum omnibus curam, ut maiorem certe de meo capere non possim. Quo etiam minus tuum, erga me hoc beneficium futurum est, quam si pro meo ipso aliquid laborasses: cum horum hominum susceperis defensionem, quorū mihi salus & tranquillitas in intimo corde penitus infixæ est. De hæc eadem te debet sacrum collegium nostrum literas: quas tecum iussi antea communicari, ut cum iudicasses reddendas, tum redderentur. Vnde amplissime Cæsarine, & mei absentis tibi; deditissimi, res ut precipue decet nobilitatem) tibi habe commendatas. Iterum & Carpus Vale. Carpent. Pridie Non. Octob. M.D.XXXIX.

VI.

IACOB. SADOLET. CARDIN. ALEXAND.  
*avo Casarino Card. S.P.D.*

QVA virtute, qua auctoritate & constantia, causam horum populorum in Vrbe tutatus esses, fuerat mihi quidem a me scriptum, in primis; a Carolo Gualteruccio, qui & mihi amantissimus est, & tuæ amplitudinis (ut multis ex rebus cognoui) illustrissimus. Sed nouissime legatus provincie huc reuertens, peritius omnia & certius explanauit: idem que demonstrauit. Cuius suis, quod vetera iura & beneficia Romanorum Pontificum, que huic nationi, pro singulari eius erga istam sanctam sedem, & obedientia sæpius concessa, tributaque sunt, noua Pontificis approbatione firmata fuerint: tua id potissimum auctoritate

te gratia fuisse effectum. Quam legati orationem commemo-  
rationemque maximi abs te accepti beneficii, summa ab his po-  
pulis laus & summa benevolentia consecuta est. Itaque nomen  
hinc tuum in magna nunc gratia & gloria est. Nos autem cogi-  
tabamus, ut primum esset messis facta, conuocare totius pro-  
vinciae consilium, facereque omnes, earum rerum, quæ in Vrbe  
essent gestæ, participes. Quod cum fieri, si bene ego horum homi-  
num animos perspectos habeo, non commissuros puto, ut in in-  
gratos tantum tuum donum collatum esse videatur. Nec tamen  
vita progredientur, quam ut de fructibus provinciae aliquid in  
illam Urbem mittant, quod patronis & defensoribus suis opti-  
mum suum animum possint declarare. Sed hæc quæ alienæ po-  
testatis sunt, parcius a me sunt prædicanda. Quod autem pro-  
prie ad me ipsum pertinet, cum intelligam, te in hoc patrocinio  
populis meis præstando, magnam honoris mei habuisse ratio-  
nem & ad tuam præstantem beneficamque naturam aliquid mo-  
menti & ponderis addidisse eam benevolentiam qua me profe-  
queretlem equidem, sed non inuocatio apta verba, quibus tibi  
agere meritas gratias. Sed tamen quas oratione exponere non  
possum, te tibi aliquando rebus ipsis referam, omni amore, fide,  
studio, diligentiaque curabo. Quapropter hoc officium in tem-  
poris alius magis commodum tibi ciamus. Ego, quod semper maxi-  
mo opere optavi, posteaquam sum tua bonitate consecutus, ut  
in hanc tuam clientelamque reciperer: te rogo atque oro Cæsa-  
riæ præstantissime, ut eodem erga me animo esse perseveres.  
Præcipua mei absentis tuendi, atque fovendi, à tua nunc libera  
voluntate profecta sunt: fuerunt enim tota humanitatis & libe-  
ralitatis tuae. Nunc legem tibi ipse benignitatis constantiaque  
talisque quidem lege summi viri, & nobiles, & magnitudine a-  
nima præcellentes, libenter astringi solent. Quorum tu similis &  
par, cum hoc genere virtutis atque officii nemini futurus es fe-  
licitas: ut qui se tibi semel addixerunt, eos tu semper tua gratia  
& protegas. Ego quæ meæ erunt partes, operam affi-  
dus dabo, ut neque de tua erga me benevolentia, neque de mea  
in te obedientia rubore vnquam vilo afficiare. Vale. Carpentor.  
Id. Non. Iulij, 1540.

## VII.

IAC. SADOLETYS S.R.E. CARD. IACO-  
bo Symoneta Cardinali, S.P.D.

ACCEPTAS literas tuas, datas XVIII. Calen. Septemb. cum te  
vincens id tēporis esses: quibus summa cū mea voluptate,  
semel, neque bis, sed sepius lectis, in mentem mihi venit co-  
gitare,